

docuit habendam esse fiduciam quae nunquam posset destrui. Sed & quotidie civitatem fortium alcedit sapiens, & destrui robur fiducia ejus, cum aliquis fidelis docto argumenta philosophorum, vel hereticorum, vel etiam contumaces carnalium fratrum contradictiones, quibus sceleris sua defendere & alleviare intutur aspernatione fidei Ecclesiastica, castigationis disciplina redarguit atque evicerans annulat.

Tetis mendax: vir obediens loquerur victoriam. Qui se Deo servire teftatur, nec factis dista exequitur, peribit: qui autem fideliter ut promittit, iussis subditur divinis: hujus loquela ad victoriam perveniet: quia dum per obedientiam suam desideria vincere satagit, per justitiam judicis possimodum victoriae palmam percipit.

Vir impius corusciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est corrigit viam suam. Iudas quia impius corde erat, quamvis ipso Domino se redargueret, noluit mala cepta restringere. Porro Petrus quia rectus erat corde, id est, rectitudinis amator, resipiente se Domino mox penitentem correxit quod negando deliquit.

Non est sapientia, non est prudenter, non est consilium contra Dominum. Quaecumque confilientur, & sapiente haeretici: nihil est, & vanum, & inutile.

Equis paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuet. Hominum quidem est deinde tempore persecutionis animum preparare, corpus offere discrimini: sed divini est adjutorii, ut cœpto labori, agonis Victoria salusque succedat.

Caput XXII.

MELIUS est nomen bonum quam divitiae multe. Nomen bonum dicit, non quod à turbis vulgi imperiti, sed quod à fidelium quamvis paucorum testimonio laudatur. Neque enim bonus habere nomen bonum refut, sed à bonis solum quærebant laudari qui ait: Si adhuc hominibus placet, Christi servus non essem. Nomen ergo bonum, est nomen religionis, quod divitis mundilibus jure prefertur. Nam & si mundum quis lucraret universum, merito hunc contemneret, tantum ut nomen ejus scriberetur in celo, ejusque memoria & inter angelos, & inter homines sanctos figetur aeterna.

Super argentum & aurum grata bona. Illam significat gratiam, cum quis pro bono opere laudatur à bonis: in modo pro collatis ei donis meritorum, glorificatur Pater qui in celis est.

Dives & pauper obviaverunt sibi: utriusque operator est Dominus. Neque divitem propter divitias & honores: neque pro inopia pauperem despicias: sed hoc in utroque merito venerare, quia opus sunt divinum, & ad imaginem Dei facti sunt.

Calidus videt malum & abscondit se: innocens pertransit & afflictus est damno. Multi ex principibus credidere in Dominum, sed propter pharisaeos non confitebantur, ut de synagoga non ejerentur: quia enim erant calidi, videbant malum persecutionis quod imminebat, & abscondentes fidem pietatis quam parumper conceperant. Innocentes vero Apostoli pertransierunt itinere recto professionis quo ceperunt, & afflicti sunt verbere, vinculis, carcere, & ipsa etiam morte mulctati. Utrorumque autem exemplum multi usque nunc, & in certamine fidei & in communibus sequentibus actibus. Hunc verbum antiqui interpres manifestius, sed in aliis sensum, transulerunt: nequam puniri valde ipse disciplinam accipit: insipientes autem præterentes damno affliti sunt.

Finis modestia timor Domini: divitiae & gloria & vita. Modestiam dicit constantiam operum bonorum: timorem vero Domini, illam qui permanet in saeculum saeculi: quia nimur perfectio virtutum est, ad hunc animi statum considero quo gratiam conditoris, vel in modo timeamus offendere: nihil proflus ejus memorie preponentes, que alibi charitas vocatur perfecta, foras mittent timorem, servilem videbent & incipientem: quo meetur quisque ne forte peccando pœnis mereatur subigi. Quod autem subiungit: Divitiae & gloria & vita, in futuro significat. Finis ergo modestia timor Domini, divitiae & gloria & vita. Quia nimur perfectio virtutum est in hac vita ut timeamus Dominum timore sancto: hoc est, sincera illum dilectione colamus: finis virtutum in futuro, ut divitiae hereditatis promissæ, regni

celestis gloriam & vitam sine fine percipiamus à Domino. Unde Petrus: Itaque cum videritis, exultabitis latitia inenarrabili & glorificata, portantes finem fidei vestre salutem animalium vestiarum.

Arma & gladii in via perversi: custos autem anime sua longe recedit ab eis. Dupliciter intelligendum: quia perversi & armati semper ad nocendum proximis verbo vel operate sceleri, & ipsos parata semper expectat ultio divini exanimis. Qui vero animam suam in eternum salvari procarat, longe fugit ab hujusmodi armis & gladiis, quia & mentem manumque suam à proximorum laetione refrerat, & ne animadverto districi judicis ipse feratur, intenta mente praecavet.

Proverbium est: adolescentis iuxta viam suam, etiam cum senectute non recedit ab ea. Constat plerosque in senectute Domino donante mutari à virtus qua adolescentes habuerint, & è contra nonnullos illo se deferente, deserere circa senium virtutes quibus ab adolescentia videbant illustrari. Sed quia multo sapientius quisque mores quibus ab adolescentia imbutus est, in reliquum vitæ tempus exequi confuevit: proverbium est dicit: quia quod adolescentis quisque ceperit, in senectute non mutaverit, non tamen ipsum semper ita venire confirmat. Idecirco autem hujusmodi proverbium ponit, ut auditores suis a prima ætate virtutibus studere persuaderent: ne forte in senectute non possint deserere studia, quibus in tenera ætate mancipari despexerant. Nam & quo senectus est imbuta recens fervabit odorem Tefla diu. Et Graeca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem orbisque dominorem, & in moribus & in incessu Leonidis paedagogi sui non potuisse carere virtus, quibus parvulus adhuc fuerat infelix.

Dives pauperibus imperat: & qui accipit murum: servus est sonerantis. Pater iuxta literam, Sed & divites virtutibus in judicio occulè inspectoris principiantur eis, immo eorum in futuro judices existimunt, qui virtutum divitiae caruerunt. Et qui verbum doctrinae salutaris accipit à doctore, servus est eiusdem doctoris: id est, debitor implendi omnia quae illi magister celestis iure praepicit.

Qui seminas iniquitatem, metet mala: Certum est quod is vel verbo vel exemplo docuit iniquitatem, recipiet vinclam. Sed quod sequitur:

Et virga ira sua consummabitur. Illam maximè iniquitatem videtur dicere, quæ immitti & impia mente peragitur, ut et latrocina exercere, homines servitio premere, tormenta laniare, morte perire, boveni vidue pro pignore auferre: ipsam de adversario cum possit vindicare non vellet. Talis virga ira sua consummabitur, quia sicut Dominus ait: Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt: id est, qui injussi in alios senviunt, ipsa senvita sibi meti ipsi interior concubent. Verum quia dixerat de impiis, sequitur è contra de pio.

Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Victoriam & honorem acquirent qui dat munera: animam autem auferit accipientium. Huic simile est illud iudicis ejusdem qui misericordes ab impiis discerens ait: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Quia esurivi & dedisti mihi manducare &c. Possunt autem panes qui pauperi dantur, non solum alimenti carnalis, sed & doctrinae spiritualis quibus anima recreatur intelligi.

Ejice derisorum, & exhibet cum eo iurgium: cessabuntque cause & contumelie. Ejice hereticum, quem corrigerem non potes, de Ecclesiæ: & cum illi libertatem prædicandi abstuleris, Catholice paci auxilium præfabis.

Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. Qui mundo corde recte prædicat, inter illos annumerabitur, de quibus eidem regi & conditori sæculorum Propheta dicebat: Mili autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Nam si quis gratiam labiorum recte prædicando præmonstrat: cordis autem munditiam custodiare dissimulat, nequam talis æterni regis amicitia frui posse putandus est.

Oculi Domini custodiunt scientiam & supplantantur verba iniungi. Superba confusio cutelat semper in Ecclesia scientiam veritatis quam docuit. Verba autem hereticorum, immo omnis sermo pietatis & iustitiae contrarius, qui à Domino regi non servatur, cum suo auctore subvertitur.

Dicit piger, leo est foris: in medio platearum occidendum

sum. Dicit sepe in animo suo is qui ad agenda bona operigere est, ad confitendum fidem quam corde tenet timidus: non audeo fidem quam novi foras profiteri: ne me persecutor impius, quia fidelem audit, perimat. Timeo ad exercendas virtutum actiones in publicum progredi, ne forte me vel antiqui hostis adversitas gravior tentet, vel etiam homo qui liber peritus cum suorum turba derideat, convitius confundat, injuriis afficiat: aut sicut multis iustorum qui ab ejus vita discordant, tormentis & morte consumat, Leo, inquit, foris: in medio platearum occidendum sum, quod est aperte dicere, & verba & opera virtutum, ubi ostendi foris caperint: statim perficito vel hominum, vel spirituum comitatur immundorum: nec valeo temptationibus resistere, sed impis boni propositi vincor inceptis.

Fovea profunda os aliena: cui iratus est Dominus incident in illam. Qui verba vel oscula meretricis libenter amplectitur, quasi januam jam gehennam pulsat abyssi: citoque mergetur si pedem cautus non retrahit: si non membra cetera à vicinia cohabet fovea penalitatem: in quam nullus omnino nisi filius iræ illabitur.

Stultitia colligata in corde pueri: & virga disciplina fugabit eam. Multos novimus pueros sapientia prædictos. Nam & Jeremias puer prophetia mysterium suscepit: & Daniel scribit quod dedit Deus puer abstinentibus scientiam & disciplinam in omni verbo & sapientia. Unde restat intelligere, quod pueros hoc loco non ætate, sed sensu, parvulos significet: quales veterab Apollotus esse eos quibus ait: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli effote. Hujusmodi enim pueros, id est, animos stultitiae, vel lasciviae, vel inertiae, deditos: neceps est juvenili disciplina castigari, & ad justum vita tramitem prudentium vigore perduci.

Qui calumniantur pauperem ut augeat divitias suas: dabat ipse distior & egebit. Constat quia rapaces, & qua pauperibus auferunt, & que juventevidetur possidere, pariter omnia perdunt, cliv in examine districi judicis penas pro his que gessere recipient. Sed & is qui pauperem spiritu fratrem calumniavit, virtutibus ejus detrahendo, ut per hanc virtuteprationem ipse divitias quas desiderat augeat: id est, gloriam laudis humanae majorem, quasi sanctior accipiat: merito talis calumniantur quicquid bona actionis habere videbatur amittit, & à fructu virtutum vacuus in fine manebit. Hucusque pertinet titulus Parabolam Salomonis qui suprà positus est, ex quo novum locutionis genus probatur assumptissime, ut quæ diceret non quasi ad alium ea quem doceret loquendo, sed velut solus secundum ratiocinatio videatur effari: quorum videbatur Parabolam primus est versiculus: Filius sapiens latifrons patrem: filius vero stultus mœstia est matrix sue: ultimus iste ad quem usque explanando pervenimus. Hinc ad priorem loquendi modum revertitur, ut specialiter ad eum quem inuitu virtutem faciat, quod ita incipit.

In opere suo, coram regibus stabit: nec erit ante ignobiles. Quemcumque velocem videtur in opere suo, vel in opere bono quod erat ei facere strenuum atque solicitor: scito hunc in die novissimi examinis coram Apollolis, qui cum Christo mundum judicantes sedebunt, eis staturum, quia videlicet eorum iusta servaverit, neque in parte ignobilium doctorum quorum cavere fecit errorem, id est, ad simistram judicis esse ponendum.

Caput XXIII.

QUANDO sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quia posita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo, si ramen habens animam tuam in potestate. Per allegoriam cuncta dicuntur. Quando sederis ad legendum cum magistro, ut vero pane verbi reficiaris: diligenter intellige que scripta sunt, & discretionem sacrae letationis in tua locatione conserva: si tamen talis es tantumque eruditus, qui in potestate habeas animam tuam: nec quasi indoctus mente tua circumferaris omni vento doctrinæ. Guttur namque pro loqua posuit: quia vox in gutture est: Cultrum pro discretione: quia cibos cum reficiunt, cultro secante præparamus. Et sedens ut comedat, cultrum in gutture suo statuit, quando is qui divina sedulus meditatur eloquia, discreta ex ore verba deponit: nec alia sibi in lingua quam ecclesiæ oraculi dicta revolvit. Hoc autem ejus est facere qui in potestate habet animam suam: id est, immobilem inter errores fallentium sapientis animæ statum servare didicit. Unde & recte subiungit:

Ne desideres de cibis ejus in quo est panis mendaci. Quod est aperte dicere: Ne desideres ejus auctoritate sermones, qui dulcedine mendacium dogmatum auditores suos fallere conseruerit.

Noli laborare ut diteris. Divitias scientia significat, quas ultra mensuram capacitatibus nostris quætere prohibemur.

Sed prudenter tua pone modum. Illum videlicet de quo supra dictum est: Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuere patres tui: hoc est, terminos datos à patribus veritatis & fidei.

Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere:

quia facient sibi penas quasi aquile, & volabunt in celum.
Ne eriges mentem tuam ad perfrutanda divinitatis arcana,
qua penetrare non potes: hoc enim celestibus solum civibus
patent.

*Ne comedas cum homine invidio, & ne desideres cibos ejus:
Quoniam in similitudinem hariolis & conjectoris astimatur quo ignorat:
De scripturis cum haeretico non loquaris: qui inuidet
humanæ salutis, & maller decipere quam corrigi. Quoniam si-
c ut hariolus & conjector soniorum astimatur quo ignorat:
ita haereticus quo non intelligit in scripturis, prout libet inter-
pretari præsumit.*

*Come de & bibe, dicit tibi, & mens ejus non est tecum.
Securus, inquit, disce que dico, & age que doceo, cùm
in his que docet, ipse fidem certam non habeat, sciens fin-
xisse que docet.*

*Cibos quos comederas evomes, & perdes pulchros sermones
tuos. Senius perveros quos ab haereticis didiceras, necesse
est ut vel per pñentiam corrigendus deseras: vel post
mortem pro his peccatis luere cogaris, perdasque sermones
confessionis quibus eis prædicantibus humiliter favendum esse
putaveras.*

*In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient do-
ctrinam eloquii tui. Huic simile est illud Evangelii: Noli fanum dare canibus, neque mitatas margaritas ante por-
cos. Sicut ergo supra admonuit ne haereticorum doctrinis
aufculentes: ita nunc cohortatur ne amore vane gloria
seducti, immundis hominibus passim arcana veritatis in-
geras.*

*Cuius sūffus oculorum? Quia multa nimis potati, vul-
nera per tumorem in membris accepunt, qua nulla ferri
causa pertulerunt.*

Cuius sūffus oculorum? Quia immoderatus vini haustus,

& caliginem visus corporalis, & cæcitatem ingerit sensus

interioris.

*Nonne his qui morantur in vino, & student calicibus epotan-
dis? Ne intrucaris vimum quando sicut est, cum splendoruerit in
viro color ejus. Ingraditur blanda, sed in novissimo mordebit ut
coluber, & sicut regulus venena diffundet. Non vetat bibere
vinum ad necessitatem, sed morari ultra tempus & utilitatem in*

vino, & evacuandis alterum certare calicibus. Juxta il-

lud Isaiae: Vt qui potentes estis ad bibendum vimum, & viri

fortes ad miscenda ebrietatem.

*Oculi tui videbunt extraneas: & cor tuum loquetur per-
versa. Confutem & penitentia est vitium post ebrietatis*

venena difusa in corde, muliebrem sequi concupiscentiam:

comitate pravitate ac turpitudine verborum.

*Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gu-
bernator amissi clavo. In medio mari dormit, qui in hujus*

mundi tentationibus positus, prævidere motus irruentum

vitorum quasi imminentes undarum cumulos negligit. Et quasi

sopitus gubernator clavum amittit, quando mens ad regendum

nave corpori, studium sollicitudinis perdit.

*Et dices, verberaverunt me, sed non dolui: traxerunt
me, & non sensi. Quando evigilabo & rursum vina reperiam?
Vox percussi & dormientis exprimitur. Mens quippe à cura
solicitudinis dormiens verberatur & non dolet, quæ sicut im-
minentia mala non proficit, sic nec que perpetraverat ag-
noscit: Trahitur & nequam sentit: qui per illecebras vi-
tiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam suscitatur. Qui*

*quidem evigilate optat, ut vina rursum reperiat: quia quam-
vis somno stuporis a sui custodia prematur: vigilare tamen ad*

curas facultate, ut semper voluntibus debrietur. Et

cum ad illud dormias in quo solerter vigilare debuisset, illud

appetit ad quod laudabiliter dormire potuisset.

*Quia vacantes potibus & dantes symbola consumuntur: &
deficiunt pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te:
& ne contennas cum semerit mater tua. Veritatem eme: &
noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat
gaudio pater iusti, & qui sapientem genuit latabitur in eo.*

*Symbolum Graecum nomen est, & interpretatur collatio. Est au-
tem collatio sermonum, sicut confusili solet, et & pecuniarum
five aliarum rerum, ut præfens locus docet. Potibus ergo va-
cat, qui de opprobrio aliena vita se inebriat. Symbolum ve-
rò dare, et sicut unusquisque solet pro parte sua cibos ad
vesendum, ita in confabulatione detractionis verba conferre.
Sed vacantes potibus & dantes symbola, sicut scriptum est,
consumuntur: quia omnis detractioner eradicabitur. Vescitur
autem pannis dormitatio: quia despœcum & inopem à cunctis
bonis operibus, mors sua inveniet, quem hi aliena vita
exquirendo crimina, detractionis suæ languor preoccu-
pavit.*

*Gaudet pater iustus & mater tua, & exultat que genuit te.
Vir sapiens fortis est, & vir doctus, robustus & validus:
quia cum dispositione initur bellum & erit salus ubi multa
confusilia sunt. Non omnis qui fortis, etiam sapiens est. Omnis
autem*

Prebe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui vias meas custodian. Fœta enim profunda est mererix, & putes angustus aliena. Insidatur in via quasi larva: & quos incertos inventerit, interficiet. Gaudet Deus Pater de tua justitia: gaudet & Ecclesia Mater tua; sed & sacerdos qui te per gratiam baptismi regeneravit, qui te eruditus a parvulo, de tuis bonis gratulatur operibus.

*Cuius va: cuius patri va: Quæreris disputando quibus ho-
minum sceleribus maxima à Domino pena servetur. Et respon-
det ipse ratiocinando: quia his abique omni dubitate, qui per ebriositatem devolvuntur ad luxuriam: Cui, inquit,
va: cuius patri va: Vt æternum interitum nominat. De
qua Dominus: Vt, inquit, homini illi per quem scandala
lum venit. Patrem autem cui va immineat: vel hominem dic-
it à quo exempla pravi operis foras quisque ut peccaret ac-
cepit: vel certe diabolum qui intus in corde virus pestifer
sufficitus infundit. De quo Iudeus dictum est: Vos ex patre
diabolo estis, & desideria patris vestri vultus facere.*

*Cui rixa, cui fœva. Rixa, quod concordiam servare & pacem nescit, quem ebrietas sensus impotest reddidit. Fœva quia passim in volutabulo vitorum omnium cadere non
trepidat, qui inter bona malaque discernere quasi mente cap-
tus ignorat. Illamque sapientissime fœveam ebriosus incidit de
qua præfatum est: Fœva enim profunda est mererix, & pa-
teus angustus aliena.*

*Cui fine causa vulnera: Quia multa nimis potati, vul-
nera per tumorem in membris accepunt, qua nulla ferri
causa pertulerunt.*

*Cuius suffus oculorum? Quia immoderatus vini haustus,
& caliginem visus corporalis, & cæcitatem ingerit sensus*

interioris.

*Nonne his qui morantur in vino, & student calicibus epotan-
dis? Ne intrucaris vimum quando sicut est, cum splendoruerit in
viro color ejus. Ingraditur blanda, sed in novissimo mordebit ut
coluber, & sicut regulus venena diffundet. Non vetat bibere
vinum ad necessitatem, sed morari ultra tempus & utilitatem in*

vino, & evacuandis alterum certare calicibus. Juxta il-

lud Isaiae: Vt qui potentes estis ad bibendum vimum, & viri

fortes ad miscenda ebrietatem.

*Oculi tui videbunt extraneas: & cor tuum loquetur per-
versa. Confutem & penitentia est vitium post ebrietatis*

venena difusa in corde, muliebrem sequi concupiscentiam:

comitate pravitate ac turpitudine verborum.

*Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gu-
bernator amissi clavo. In medio mari dormit, qui in hujus*

mundi tentationibus positus, prævidere motus irruentum

vitorum quasi imminentes undarum cumulos negligit. Et quasi

sopitus gubernator clavum amittit, quando mens ad regendum

nave corpori, studium sollicitudinis perdit.

*Et dices, verberaverunt me, sed non dolui: traxerunt
me, & non sensi. Quando evigilabo & rursum vina reperiam?
Vox percussi & dormientis exprimitur. Mens quippe à cura
solicitudinis dormiens verberatur & non dolet, quæ sicut im-
minentia mala non proficit, sic nec que perpetraverat ag-
noscit: Trahitur & nequam sentit: qui per illecebras vi-
tiorum ducitur, nec tamen ad sui custodia suscitatur. Qui*

*quidem evigilate optat, ut vina rursum reperiat: quia quam-
vis somno stuporis a sui custodia prematur: vigilare tamen ad*

curas facultate, ut semper voluntibus debrietur. Et

cum ad illud dormias in quo solerter vigilare debuisset, illud

appetit ad quod laudabiliter dormire potuisset.

*Quia vacantes potibus & dantes symbola consumuntur: &
deficiunt pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te:
& ne contennas cum semerit mater tua. Veritatem eme: &*

noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat

gaudio pater iusti, & qui sapientem genuit latabitur in eo.

*Symbolum Graecum nomen est, & interpretatur collatio. Est au-
tem collatio sermonum, sicut confusili solet, et & pecuniarum
five aliarum rerum, ut præfens locus docet. Potibus ergo va-
cat, qui de opprobrio aliena vita se inebriat. Symbolum ve-
rò dare, et sicut unusquisque solet pro parte sua cibos ad
vesendum, ita in confabulatione detractionis verba conferre.
Sed vacantes potibus & dantes symbola, sicut scriptum est,
consumuntur: quia omnis detractioner eradicabitur. Vescitur
autem pannis dormitatio: quia despœcum & inopem à cunctis
bonis operibus, mors sua inveniet, quem hi aliena vita
exquirendo crimina, detractionis suæ languor preoccu-
pavit.*

*Gaudet pater iustus & mater tua, & exultat que genuit te.
Vir sapiens fortis est, & vir doctus, robustus & validus:
quia cum dispositione initur bellum & erit salus ubi multa
confusilia sunt. Non omnis qui fortis, etiam sapiens est. Omnis
autem*

*autem sapiens & fortis esse dicendum est: quia & si corpore
imbecillus est, si adsit sapientia, omnia fortis adferari, id
est, diaboli certamina vincit.*

*Exulta stulto sapientia: in porta non aperiet os suum.
Non potest stultus ad sapientiam attingere, adeo alta est:
qua in infinis jacet vitiorum. Qui & si in præsenti se aliquid
sapere putat, in porta tamen civitas, id est, in exitu hujus
vitae, inveniet nihil fuisse quid sapit.*

*Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur. Cogitatio
stulti, peccatum est: & abominationem hominum detrac-
torum. Non putates stultum astimandum fuisse cum quem habetem tar-
dumque ingenio videres: palam ostendit: quia ille stultus sit
vocandus, qui vel in cogitatione peccati suggestione consentit,
tamets acer ingenio videtur existere: non autem ille qui habet
sensi appetit: Dei tamen imperiis que discere potuit obtinem-
perare dispoluit.*

*Si desperaveris lapsus in die angustie, imminetur for-
risudo tua. Nihil execrabilius desperatione: quam qui ha-
buerit, & generales huic vita labores, & quod maximè nec-
ret in fidei certamine, constantiam fortitudinis perdit.*

*Erue eos qui ducentur ad mortem, & qui trabuntur ad
interitum, liberare ne cesses. Si dixeris, vires non suppetunt:
qui inspecto est cordis, ipse intelligit: & servatore anima
tua nihil fallit: reddeque homini justa opera sua. Po-
test mystice accipi: Erue eos qui ab haereticis decipiuntur,
rectam fidem predicando: libera bonorum opem exempla
monstrando, eos qui a male viventibus Catholicis trahuntur
ad interitum. Sed & si quos in certamine persecutionis lap-
sus vel lapsuros apseseris, sollicite hos exhortatione ad vitam
restaurare fatage. Si quos fame perituros, si quos algore vi-
deris, illis dato victu & vestitu recreare.*

*Comedit fili mi mel: quia bonus est: & favum dulcis-
simum guturi tuo: sic & doctrina sapientia anime tua: cum
invenies, habebis in novissimi spem: & spes tua non*

*peribit. Patet facilissime quare doctrinam sapientiam mellis
comparat & favo: quia nimur sicut illud cibis: ita hæc
doctrinæ ceteris dulcedinem præstat. Sed hoc inter utriusque
significantium distat: quia mel quod in promptu est ad
comendandum, moralem litera superficiem infinitat. Favus autem
in quo mel de cera exprimitur, allegoricam locutionem
figurat denuntiat: ut subducto literæ velamine, suavitas sensus spiritualis, aliquanto cum labore vel mora
percipitur.*

*Ne insidieris, & quaras impietatem in domo iusti: neque
vates requiem ejus. Ne quaras aliquam occasionem, qua
deroges homini iusto. Ille enim si cederit, citò admoveat pe-
dem suum ut caret vito: quod quidem non iteratur in facto:
impii autem sic corrunt, ut ulterius non resurgent: sicut
subsequenter addit dicens:*

*Sepites enim cadij iustus & resurgit: impii autem cor-
ruent in malum. Quomodo autem iustus appellatur: qui
cadere, id est, peccare memoratur: nisi quia de levibus
quotidianis quoque loquuntur peccatis, sine quibus nec iustorum
quisquam esse in hac vita potuit. Quia nimur per igno-
rantiam, per oblivionem, per cogitationem, per sermonem,
per fibrationem, per necessitatem, per fragilitatem car-
nis, singulis diebus, vel inviti, vel volentes frequenter rea-
tum incurrimus: & tamen refugi jutus, videlicet quia
justus est, nec justitia ejus præjudicat lapsus humanæ fragi-
litatis. Unde bene cùm de iusta calu loqueretur, non addit in
malum. Quia & si malum est quod cadunt, ne tamen mali
in quo cedunt, hæc tollit, citius resurgit. Sic enim
at contra de reprobis: Impii autem, inquit, corrunt in
malum. Quia videlicet impii cùm cederint vel (quod est gravius)
corruerint: ut scriptura dicit, id est, cum capitalia criminis
pertraverint: ita suo casu delectando affen-
tiunt, ut ab hoc penitendo relevari despiciant.*

*Cum cederint inimici tuus, ne gaudes: & in ruina ejus
ne exultet cor tuum: ne forte videat Dominus, & displiceat
ei, & auferat ab eo iram suam. Ne contendas cum pessimi:
ne amuleris impios, quoniam non habent futurorum spem mali:
& lucerna impiorum extinguitur. Supra iusta infidias tendere
vetuit: nunc autem per perfidum te reddat in omnibus, etiam
inimici cum peccaverint, aut aliquid adversitatibus incurserint,
infusare prohibet. Ne forte si miserante Domino ad pñi-
tentiam salutem amante redierint, ac tecum amicitias
fideles habere coeperint, tunc erubescas: quia illos aliquando
despiceris, quos divina gratia ad vitam reservaverat. Sed*

Tom. V.

*quantum potes, jaecitibus condole: eosque ut resurgere de-
beant, adjuva. Et si votum conatumque tuum sequitur*